

79
brium novi regis dixerunt, cum non es-
se, quem imperator Heinricus genuerat,
sed Merebodonis, cuiusdam officialis
ante Apostolicæ filium. Dum hec publi-
carentur, rex futurus et junior, cum
multitudine Saxonum, Bavarorum, et
Bohemorum, in preconiali voce serenus
et hilaris, in Merseburg, ubi celebravit
curiam, nobilitatem sui generis premon-
stravit. Ex tunc Bohemi in Saxoniam
perfecti, cum magna preda repatria-
verunt. Rex futurus Romanorum juni-
or, et rex Francie, proxima subsecuta
estate, cum provincialibus regni fauto-
ribus Ottonis incierunt pugnam, et rex
Francie Ottonem in fugam convertit,
et multitudinem suorum nobilium
in campo conclusit, et captivam abduxit.
Inde sors Ottonis a supremo cardine lapsa,
sine spe recuperandi, incredibiliter descendit.
Postmodum fortunam circa statum suum
videns esse mutatum, ad Colonienses di-
vertit, ubi longo tempore sedium habuit.
Fugis uxor, Brabantie ducis filia, ale-
atrix publica, cum de ludis variis plu-
ribus teneretur debitis, et Otto pluri-
bus obligaretur ratione expensarum,
neq. pateret divertendi locus, sed nec
unde reddi possent, imperatrix uxor
Ottonis, mariti consilio advocatis Colo-
niensibus, impetrata exspiciendi ve-
nia, fugam cepit. Et imperator die po-
stera subsecutus, simulavit se venandi
causa

2/12/9

2/12/1

1

hottiauit